

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Summa de vitiis**

**Wilhelm <Lyon, Prior>**

**[Basel], nicht nach 1475**

Incipit tractatus de ira

[urn:nbn:de:bsz:31-308070](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-308070)

membrum compaciuntur cetera membra. Tercium reme-  
dium est meditatio eorum que valent ad contemptum proprie  
excellencie Inuidia enim nascitur ex amore proprie excellen-  
cie Unde illa que dicta sunt in tractatu de superbia contra  
amorem proprie excellencie valent contra inuidiam. Quar-  
tum remedium est consideratio amaritudinis que inuidia  
concomitatur. et dampni multiplicitas que ex ea prouenit.  
ipsa amaritudo est sicut acetum quo ignis grecus extin-  
guitur Solet ignis grecus cum arena et aceto extingui  
Sic inuidia ex consideratione infructuositatis quam habet.  
et aceto amaritudinis que est cum ea extinguitur. damp-  
num etiam quod ex ea prouenit valet ad extinctionem eius  
et est unum dampnum amissio proximi sicut dictum est pri-  
us. Aliud est quod postquam inuidus dissolutus est a ceteris  
membris ecclesie non viuificatur a spiritu sancto. sicut nec ani-  
ma viuificat membrum quod a corpore separatum est et hu-  
mor non ascendit ad rimum precisum ab arbore. Preterea  
inuidus non vult communicare bona sua proximo. sic non  
est dignus quod deus communicet sibi bona sua

Explicit tractatus de inuidia. Incipit tractatus de ira.

**D**isturbiam et inuidiam dicendum est de  
ira. quia tam superbia quam inuidia frequenter oc-  
casio est ire. De ira vero tractabimus hoc modo  
Primo ponemus ea que valent ad deum. ire.  
Secundo ponemus diuersas diuisiones ire  
Tertio agemus de peccatis que ex ira secuntur. Ultimo de  
remedijs contra iram. ira vero habet intelligi appetitum vindictae  
De verbis dissuadentibus iram prima pars Capitulum primum  
**H**abere detestationem vero ire valere possunt verba sa-  
cre scripture. que nobis dissuadent illam Gen. xlv.  
Ne irascamini in via Verbum est ioseph ad fratres  
suos ituros ad patres. sic et nos fratres sumus in via ad

564  
202

patrem nostrum celestem tendentes et iudicem qui iusticiam nobis plenarie exhibebit **S**ingulis diebus facimus unam dietam magnam ad iudicem magnum. et ideo debemus esse in pace. math. v. **E**sto consociens aduersario tuo dum es in via. ne forte tradat te aduersarius iudici et iudex tradat te ministro et in carcere mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum quadratem **I**n leui. xix **R**e queras ultionem nec memor eris iniurie ciuium tuorum **E**t. **J**ob xxxvj. **N**on te superet ira ut aliquem opprimas. **Q**uo verbo insinuat qd ira hostis sit nos impugnans magis debemus superari ab ira qd a quocumq; homine **Q**uicquid enim potest inferre iniuriator minus est qm mors anime cuius causa est ira **I**tem ecclesiastes vij. **N**e sis velox ad iram **E**t iaco. j. **S**it omnis homo velox ad audiendum. tardus autem ad loquendum. et tardus ad iram **V**elox ad iram dicitur quis dupli. vno modo qd velox est ad salendum in ignem ire. **D**efacili enim irascitur. **A**lio modo dicitur aliquis velox ad iram sicut equus velox dicitur ad calcantia et bos ad stimulum **M**ultum velox est ad iram qui ira stimulatus transilit chaos magnus qd est inter iram et pacem. et inter odium et amorem cum ista maxime a se distent contraria enim sunt **M**ultum velox est ad iram qui quasi in puncto transilit a porta paradisi scilicet a gratia ad portas inferni scilicet ad peccatum mortale. **P**eccatum mortale dicitur porta inferni **M**ath. xvi. **P**ortes inferni non preualebunt aduersus eam **Q**uia nichil est inter peccatum mortale et infernum nisi corpus. quia si anima discedit a corpore cito est in inferno. **J**ob. xxi. **D**ucunt in bonis dies suos. et in puncto ad infernum descendunt. **B**ene velox est ad iram qui ira stimulat. prius salit qd attendat quo saliat. **Q**ui in odium cadit in foueam vadit profundam. **I**tem **E**ccelesiastes xi. **A**ufer iram a corde tuo. **A**uferenda est ira a corde quia est quasi tempestas mentem quasi grando destruens **S**icut docet **g**g **V**n sicuti tempestas timet vinee. sic ira timenda est cordi

**A**uferenda est etiam ira a corde. quia est ignis infernalis. bona anime exurens p̄. vi. **N**uquit potest homo abscondere ignem in sinu suo ut vestimentum eius non ardeat. **G**ra etiam est de illis serpētibus igneis nequissimis de quibus legitur numeri. xxi. quia vexauerunt filios israel in deserto. et homines multos in deserto claustrum. **E**st etiam hostis auferens homini seipsum sicut superbia aufert homini dominum. et in iudicia proximum. sic dicit magister **H**ugo de sancto victore. **A**uferenda est ira de corde quia ad modum trabis oculum cordis impedit. **V**nde. **I**mpedit ira animus. ne possit cernere verum. vnde cum festucam de oculo corporis festinamus auferre. mirum quomodo trabem ire non festinemus auferre de oculo cordis. **M**irum etiam est quomodo homo qui trabem ire habet in oculo vult alios iudicare et corrigere. vnde matth. vii. **P**roerita eice trabem primus de oculo tuo. et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. **I**tem eccl. x. **O**mnis iniurie proximi ne memineris. **E**t ad ro. xii. **N**olite esse prudentes apud vosmetipsos nulli malum pro malo reddentes. vult dominus amicos suos perfecte bonitatis esse et perfecte nobilitatis. ut neque malum neque rusticitas aliquo modo ex eis exeat. **C**uriales et nobiles huius mundi parum nobiles sunt qui nulli malum faciunt vel rusticitatem nisi ipse prius eis simile fecerit. **N**on constat non perfecte nobilitatis esse. **C**um enim non possit exire de sacco. nisi quod in illo est et rusticitas ex eis est. rusticitas prius in eis erat. **S**pinam enim et non lilium se esse ostendit. anima illa que conuicijs a proximo puncta proximum pungit. **N**on estis est amicitia christi. **V**n. can. j. **S**icut lilius inter spinas etc. **I**tem ad ro. xii. **N**on vos defendentes carissimi sed date locum ire. **C**uz ira ignis sit ab iracundis debemus nos elongare si non volumus ex eis exuri. **I**tem in eod. c. **N**oli vinci a malo. a malo vincitur quis cum malus efficit et malicie fit subiectus. **Q**uod ira deo displiceat. dyabolo placeat et homini noceat. **S**ecundum capitulum

**S**ecundo valet ad ire detesta. **S**/quia multum displicet deo. placet dyabolo. nocet suo subiecto et proximo. **A**d primuz fac illud eccl. xxvii. Ira et furor uterq; execrabilia sunt. et supplez ineli. in ospectu dei. **Q**uoz de causis displicet ira multu deo. **P**rimo. qz hospiciu eius turbat ad eph. iiii. Nolite contristari spm sanctuz. gre. **D**u ira animum pulsat spm sancto suaz habitatoez perturbat. **I**mmo qnq; prem et filiu et spm sanctum de hospito suo. expellit. et dyaboluz introduct. sicut in pace factus est locus dei. sic in ira factus est locus dyaboli. **S**ecdo ymaginem dei in templo eius dissipat et ymaginem dyaboli ibi ponit. **V**n super illud Job xv. Virum stultuz interficit iracundia. dicit gg. Mansuetudo ymaginem dei in nobis seruat qui semper tranquilluz est sed ira dissipat. que multis virtutibus priuat que dum quietem mentis tollit. spm sanctus ibi non requiescit. **N**o autez multum displicet deo cu ymago eius in homine dissipatur ondi potest per hoc q dicit aug. super illud. In ciuitate tua ymagines ipsorum ad nichilum rediges deus in celesti ciuitate. qz ipsi in sua terrestri ciuitate ymagines eius ad nichilum redegerunt/et eiam per hoc q tm peccatus reputaretur si aliqs ymaginem crucifixi in ecclesia dissiparet et ydolum vniuz demonis pro eo poneret. **T**ercio displicet ira deo quia templa dei incendit. In ps. Incenderunt igni sanctuariu. **E**t i. ad Cor. iij. Nescitis quia templum dei vos estis et sps dei habitet in vobis. **S**i quis aut templuz dei violauerit disperdet illum deus. **Q**uarto quia nullum vicium sic contempnit deum qm ira. hoc vicium se erigit aperte ostra deum. vnde ad hominem iratum videtur pertinere illud Job xv. Tetendit aduersus deum manum suam et contra omnipotentē robora tus est. **C**ucurrit aduersus eum erecto collo. **H**omo iratus deum contumelia afficit. et nititur expuere in faciem eius. **J**ob xxx. Faciem meaz conspuere non vereatur. **Q**uinto displicet deo ira quia deo aufert dñuz suum in homine et

564

dyabolum ibi facit dominari homo iracundus quodammodo  
deus se facit duz vindictaz vsurpat sibi qm deus sibi reci-  
nuit **M**ichi vindictaz ayt dominus ad ro. xij. et deus. xxxij  
**M**ea est vltō **V**nde in vitis parruz. **C**uz qui daz frater ve-  
nissz ad abbatem phylosiuz. et diceret ei qd vellet se vindi-  
care de queda fratre qui dixerat ei otumelia. incepit ora-  
re phylosius in huc mod de? iam non es nobis necessari?  
vt pro nobis sollicitus sis/ quia nosiphi sicut frater iste di-  
cit et possumus et volumus nos vindicare/ qd cu audisset  
frater penituit. **Q**uatuor vero de causis placet ira dya-  
bolo. **P**rimo. qz valde potens est ad impugnationem ho-  
minuz et destructionez boni/ qz ira est ignis spūalis. **V**nde  
sicut ignis naturalis potencioz est ad destructōz qd alia ele-  
menta. sic ira que est ignis spūalis rē **E**t ideo maliciosi ho-  
mines qui mltuz volunt destruere terram inimicoz suoz  
igne pugnant. **S**ilr et demones in inferno. **S**ic ignis ire  
potens est ad destructōnez bonorum **D**ominus ecia ignem  
amoris accendere voluit in mundo isto ad destructionez re-  
gni dyaboli. **D**e igne ire spūali pōt in telligi illud Joel. i  
**I**gnis omedit speciosa deserti **P**ulchriorem enim partes  
mundi exurit ignis iste infernalis sez nobiles et diuites.  
**V**n eccl. xxviii. **S**edm ligna siluaz sicut ignis ardebit r  
secūdum virtutem hōmis. sic iracūdia illius erit. et sedm  
substanciaz suaz exaltabit iram suam **I**ra in exercitu dyabo-  
li incendiaria est/ ipsa enim causa est alioz incendiarioz  
**S**ecundo placet ira dyabolo. quia cecitatem facit in homi-  
ne que mltuz dyabolo placet **S**icut emz celesti regi mini-  
ster intelligens acceptus est. puer. xiiij. **S**ic dyabolo ac-  
ceptus est minister cecus **I**pse emz silis est coruo qui ve-  
niens ad cadauer primo currit ad oculuz. sic dyabolus pri-  
mo vult hominem excecāre sciens qd postea poterit euz pre-  
cipitare in foueam peccati ad voluntatem suaz **E**xemplū  
in vitis p̄m. dixit quidam senex **N**ō operiūtur oculi ani-  
malis tunc creuit ad molendūz. alioquin non ambulat

in circuitu mole. sic dyabolus quoniam operit oculos mentis in  
 omne peccatum humiliat hominem. Tertio placet ira dyabolo  
 quia per iram multum datur dyabolus homini homo enim iras-  
 tus non timet facere quodcumque dyabolus precipit sibi quantumcumque  
 magnum peccatum sit. Non enim parcat uxori. non parcat fi-  
 lio quin quoniam proiciat eum in ignem. Ipsi deo et matri eius  
 non parcat quin contumeliosus eos afficiat. unde ad ipsum speci-  
 ali referri potest illud. prou. xvij. Expediit magis velle re-  
 currere raptis fetibus quam fatuo confidenti in stulticia sua.  
 Quarto placet ira dyabolo. quia hoc peccatum non lucratur dy-  
 bolus vnum hominem tantum. sed totam domum vel villam  
 vel patriam. Homo iracundus est velut serpens ignem ore  
 vomens exurens eos igne ire qui sunt iuxta se. Unde in psal-  
 mo. Vir iracundus prouocat rixas. qui autem paciens est mi-  
 tigat suscitatas. Unde iracundus rixas prouocat. more enim  
 canis alios mordet. et latratu suo alios ad iram prouocat.  
 Proximo etiam multum nocet ira. quia fere omnia mala que  
 inferunt sibi inuicem procedunt ex ira. Ideo multum debe-  
 ret homo sibi cauere ab ira. quia nisi hoc fecerit intollerabi-  
 lis est hominibus. psal. xxvij. Graue est saxum et honero-  
 sa est harena. sed ira stulti utroque grauior est. Et in eodem  
 psalmo. Impetum concitati spiritus sustinere quis poterit. Et ecci-  
 xxij. Super plumbum quid grauius et quod illi aliud nomen  
 est fatuus. Arenam et salem et massam ferri facilius est fer-  
 re quam virum imprudentem et fatuum et impium psal. xvij. et  
 Spiritum ad irascendum facile quis poterit sustinere. Ho-  
 mo iracundus precipue est honorosus amicis suis et fami-  
 liaribus. Unde psal. xxij. Noli esse amicus homini iracundo.  
 Triplici ratione non debet homo querere amicitiam hominis  
 iracundi. Primo quia parum durat talis amicitia. Ignis  
 enim ire oburit in eo vinculum amoris. Secundo quia homines  
 iracundi sunt velut lignum ignitum quod consuevit exurere  
 ea que tangit. Tertio. quia sunt velut lignum spinosum quod  
 pungit amplectentes se. Ideo familiari amore amplectendi

non sunt licet homo amet omnes arbores quas habet spi-  
 ritus tñ libenter declinat. sic licet omnes homines amandi sunt  
 tñ familiaritas iracundorum declinanda est. **G**ra etiam proprio  
 subiecto valde nocet. Et hoc multis modis. **P**rimo nocet cor-  
 pori. **U**nde eccl̃i xxx. **Z**elus et iracundia minuent dies. **S**e-  
 cundo nocet etiam possessionibus. **U**nde eccl̃i xx. **O**biurgatio  
 et iracundia annihilabunt substantiam. **H**omo iracun-  
 dus pro vna alapa amittit quinq; e. libras. **T**ertio nocet ira  
 anime et hoc multipliciter. **P**rimo excecando eam. **U**nde iob xvij  
**C**aligauit ad indignationem oculus meus. **E**t in ps̃. **S**u-  
 percecidit ignis et non viderunt solem. **I**gnis ire non sinit  
 videre solem iusticie. ps̃. **T**urbatus est a furore oculus me-  
 us. **E**t ps̃. **D**uo sunt maxime contraria consilio scilicet festinacia  
 et ira. ps̃. **T**urbatus sum. **S**ecundo nocet ira anime et omnia  
 bona auferendo. **A**uferit enim misericordiam. **U**nde puer. xvij  
**G**ra non habet misericordiam neq; irrumperis furor. **C**uius  
 causa est. quia ira inquitur victoriam. **F**inis enim ire est vi-  
 ctoria. **A**uferit etiam homini iram veram iusticiam. **U**nde Jaco. i  
**G**ra enim viri iusticiam dei non operatur. vbi dicit **G**losa.  
**Q**ui iratus iudicat eē si iusticiam iudicat tamen diuini ex-  
 animis iusticiam in q̃ perturbato non cadit non potest imi-  
 tari. **S**ap̃e. xij. **T**u autem dominator virtutum cum tran-  
 quillitate iudicas. **E**t super illud. **J**ob xxxvi. **N**on te supe-  
 ret ira dicit **g**losa. **S**i ira correctōem superet aut opprimit  
 qm̃ corrigat. **E**t sub specie zeli iusticie furor est. **Z**elus iu-  
 sticie quasi ignis ardere debet de d̃. eo misericordie. **E**t sicut  
 ignis absq; oleo lampadem destruit nisi assit oleum. sic ze-  
 lus iusticie eorū hominis destruit nisi assit oleum misericor-  
 die. **L**egitur de xp̃o. xx. q̃ ipse destructionem ierusalem q̃  
 ex zelo iusticie factus erat prius fleuerit. **T**ertio ira nocet  
 anime omnia mala introducendo. **U**nde super illud prouer.  
**V**ir iracundus preuocat rixam. dicit **g**g̃. **G**anua omnium  
 viciozum iracundia. quā clausa virtutibus intrinsecus da-  
 tur quies. aperta ad omne facinorū armabitur animus. p̃u-

xxix. Qui ad indignandum facilis est ad peccata est procli-  
 uos. Dampnus qd facit ira homini ostendit salo. puer. x  
 ix. Qui impaciens est sustinebit dampnus. Primus damp-  
 nus qd sustinet impaciens est dampnu improbate paciencie  
 Secundum est dampnum eorum qui lucrati essent si pa-  
 cienter sustinuissent velut enim lapidibus preciosis ob-  
 ruiunt. cum iniurie nobis inferuntur. Tercium dampnum  
 est amissio sui ipsius. Impaciens seipsum perdit. sicut pa-  
 ciens seipsum seruat. Unde dominus in euangelio. In paci-  
 encia vestra possidebitis animas vestras. **I**racundus di-  
 uersis rerum generibus operatur. **C**apitulum Tercium  
**T**ertio valet ad detestacione ire. si iracundus diuer-  
 sis generibus rerum operatur. **N**on notandum. qd  
 iracundus est velut homo habens domus ligneam  
 cui qnqz accidit qd in vespere diues est. in mane vero nichil  
 habet. quia sibi totum ignis subito abstulit. Ita homo ira-  
 cundus ad sibilum vnus verbi gratiam qm habebat per die-  
 dum in iram vel odium cadit. **I**deo dicitur eci. ij. **V**e illis qui  
 perdidit sustinenciam. **H**omo eciam iracundus est quasi  
 demoniacus vel arrepticus vñ figurari potest per demo-  
 niacum illum de quo legitur. math. ix. **M**agister attuli tibi  
 filium meum habentem spm mutum qui vbiqz appren-  
 derit illud et spumat et stridet dentibus. **M**ath. ec. viij.  
**L**egitur. qd occurrerunt domino duo habentes demonia se-  
 ru nimis. ita vt nemo posset transire per viam illam quibus  
 satis affilatur homo iracundus. **I**te homo iracundus qnqz  
 est sicut olla nimis habens ignem que ebulliendo emittit  
 qd in ea erat. **V**nde ps. xv. **C**or fatui ebullit stulticiam. **I**ra-  
 cundus est homo insanus licet non sit continua eius insania  
**D**racius. **I**ra furor breuis est. **I**tem phs. **I**rogata iniu-  
 ria eius est insania qui ita insania facit. **N**unquid non insa-  
 nus est qui seipsum gladio ire vel odij occidit. **H**omo iracu-  
 dus est velut ramus ignem ex se produicens ad impetum  
 venti secundum **J**osephus. sic iracundus ad ventum superbie

591

ignes ire ex se pducit Homo eciaz iracundus est velut aper  
in gladium ire vel odij seipm impingens Gladius dyaboli  
est ira vel odium **De stulticijs iracundi** **Capi**  
**tulum quartum**

**Q**uarto loco pot vale ad det. ire si ondat qnta stul  
ticia laborat ho iracundus q non vult odium dimittere s  
vult se vindicare Et possunt assignari mlte stulticie  
iplius **Prima** est stulticia eius q ipse vult sanare vulnus  
suum de alieno vulnere et sanitatem querit de aliena infirmi  
tate **In** alieno malo querit bonum suum q idem est ac si in ig  
ne querat aquas. et in spinis vuas. et in tribulis ficus **Hac**  
stulticiam insinuat nobis. aug. dic. **Lesus** et iniuriam  
passus vindicari vult quasi cuius pena possit prodesse alie  
na. de aliena pena querit sibi medicamentum. et acquirit  
grande tormentum **Secunda** stulticia est q ipse vult se vin  
dicare cum periculo anime sue. et interdum corporis et ma  
gno labore et expensis. etenim non potest se vindicare plene.  
maior enim vindica q ipse potest sumere est mors animi hostis  
sui se corpore p. xx. **Ne** dicas reddam malum pro malo  
expecta dominus et liberabit te **Liberabit** inquam a labore et ex  
pensis et periculo anime et corporis. et debito gehenne cui  
te obligares vindicando te **Mira** insania q homo velit se oc  
cidere. ut asinum hostis sui occidat. **Si** autem expectaret  
dominus dominus plenarie vindicaret eum hostes suum infer  
nali patibulo affligendo **Non** oportet ergo sumere vindictas  
de hoste suo qui sibi iniuriatus est quia nisi ipse penituerit  
dominus tantam vindictas sumet de eo q totus mundus  
faciabitur inde. **Vnde** in fine ysa. **Vermis** eorum non mo  
rietur et ignis non extinguitur. et vsq ad facietatem nisi  
omni carni **Nullus** est ita immisericors quin moueri possit  
ad compassionem erga illos qui cruciabantur in inferno si sci  
ret qualis est cruciatus eorum **Vnde** legitur luc. vi. de di  
uino illo qui sine misericordia fuerat. qui compassus est suis  
fratribus ne venirent in illum locum tormentorum **Lu. xvi**

Expertus em erat iam cruciatu infernale Si quis singlis  
 horis membratim dilaniaretur ipse non tantam penam su-  
 flimeret. qntaz ille qui cruciatur in igne infernali : Item  
 si totus mudus excogitaret quo pumret aliquem. et ille  
 possz totuz sustinere ipsi non possent eum tm pumire quan-  
 tuz dominus pumet vno verbo. qn dicet. **I**te maledicti in  
 ignem eternu nisi sciret dominus cruciatuz illuz ita grauez  
 esse non sustinissz cruciatu passionis vt nos liberi essemz  
 a cruciatu illo **T**ercia stulticia est q ipse fugit ponte per  
 quem ipse necesse habet trāsire alioqn pibit. 7 q hęc stul-  
 ticia valde magna sit. sic pōt ostendi. duo habētes capita  
 les inimicicias in inuicez transitori sunt per quēdaz pontē  
 qui autem prior venit ad pontem. cogitat q destruat pon-  
 tem in odium sui hostis. sed ex alia parte videt q si pōtē de-  
 struxerit ipse ex necessitate peribit. hostis vero ipsi? nich-  
 ilominus transibit. si post huius deliberatōne pontē destru-  
 it nonne insanus reputandus **S**imili stulticia laborat qui  
 delinquenti in se non vult dimittere **P**ons enim per quem  
 sumus de necessitate transitori ad deum ex quo pēcamus  
 misericordia est. misericordia hunc pontem sibi frangit qui  
 misericordiaz negat proximo qui in eū deliqt. **J**udiciū emz  
 sine misericordia illi qui non fecit misericordiā **I**ac. ij. pxi-  
 mus tñ nichilominus ad deum perueniet si fecerit q in se  
 est. **Q**uarta stulticia est q ipse vult se occidere vt tūcam  
 hostis sui possit dilaniare **T**unica hostis ipsius caro est ei?  
**U**nde in ps **C**oncedisti saccum meus **7** **S**accus vocatur  
 ibi caro cristi **S**i autem caro cristi saccus erat humil' mltō  
 foreius caro cuiuslibet potest dici vestis **U**nde qui animaz  
 suam occidit. vt cōpus hostis sui ledat predicta stulticia  
 laborat. **H**anc stulticiā ostendit aug? super illud ps **G**la-  
 dius eorum intret in cor eorum dicens de persecutoribus  
 qui ita insanime quasi quis per corpus suum gladiū mī-  
 tat vt tunicā alterius cedat **G**ladius primo intret in cor  
 persecutoris qm in corpus eius quē persequitur **A**rinca

Stulticia est. q̄ ipse de se faculas facit unde ignes accendat  
 in quo hostis eius comburatur. sed se prius oburit. Hanc  
 stulticiam ostendit aug<sup>9</sup> super istud ps̄ In laqueis cadat  
 in ipsū sic dicens. Nemo malus est qui sibi prius non no-  
 ceat sic purato maliciaz esse quasi ignem. si incendere vis  
 aliquid illud q̄ admones igni prius ardēti nisi ardeat nō  
 incendit aliud verbi ḡcia. **C**uz faculam apponis igni prius  
 ardeat ut aliquid possit incendere. ita malicia q̄ p̄cedit ex te q̄d  
 ut q̄d valeat anq̄ te ardet p̄usq̄ te q̄ p̄fundit ramū ledit  
 ubi radicem habet non ledit. malicia tua ut alteri non noce-  
 at fieri potest q̄ autem tibi non noceat fieri non potest. Itē  
 impossibile est q̄ iniquitas prius ledat hominem iustū in  
 quem tendit qm̄ cor iniustum unde procedit. **S**exta stulti-  
 cia est q̄ in ipsum quem amavit sanum deseruit. cum fact<sup>9</sup>  
 sit infirmus vsq̄ ad mortem q̄ non solummodo stulticia est.  
 sed etiam prociō et crudelitas magna. q̄ ille qui amatur  
 sanus tenerius amandus est euz sit infirmus. Hanc stulti-  
 ciam ostendit boecius in libro consolatorū dicens. **A**pud  
 sapientes locus nullus odio proorsus relinquitur. nam bo-  
 nus quis nisi stultissimus oderit malos aut odisse ratio ei  
 ret. Nam sicut corporis languor. ita viciōsitas quasi q̄das  
 morbus est animarum. **C**um ergo egros corpore minime di-  
 gnos odio. sed potius miseratione iudicemus multo magis  
 tales miserendi sunt non insequendi quoz mentes impro-  
 bitas omni languere atrocior vrgz. **S**eptima stulticia est  
 q̄ cum aliquis sibi abstulerit aliquid de suo ipse in vindi-  
 ctam eius proicit ea que sibi remanserunt. fatuus est cū  
 aliquis abstulisset pallium si ipse in vindictam et tunicam  
 et supertunicale proiceretur in rodanū vel cui aliquis .xx  
 libras abstulisset si ipse xl. proiceret vel a tota sua heredi-  
 tate se exhereditaret. **S**ic fatuus est cui aliquis abstulit pal-  
 lium sue fame detrahēdo. sic ipse hac de causa proicit illas  
 pulchram et preciosas vestes innocentie qm̄ in die iudicij  
 toti mundo ostensurus est. Hanc stulticiam ostendit serena

Dicens **R**idiculum est odio nocentis nocentiam perdere.  
**E**t in ps. Custodi innocenciam etc. Facius est qui illata  
 sibi iniuria ob hoc a celesti se hereditate exhereditat hostis  
 abstulit terras sibi et ipse aufert sibi celum. primo per die  
 sua et modo perdit seipsum. **D**etava stulticia est. qd ipse di  
 cit dominicam orationem ipse maledicit sibi secundum con  
 munez usum loquendi dicendo scilicet istud verbum. dimit  
 te nobis debita nostra etc. **S**it aliquis sic dicens. sic deus  
 me adiuret sicut verum dico maledicit sibi secundum usum lo  
 quendi nisi verum dicat. **H**anc stulticiam ostendit anastasius  
 dicens Si non dimittis iniuriam que tibi facta est non ora  
 tionem pro te facis. sed maledictionem pro te inducis cum  
 dicis. sicut et nos dimittimus etc. **U**nde de tibi potest dici  
 istud ecci xxxiiij. **U**nus orans. et unus maledicens. cuius  
 vocem exaudiet dominus. timendum est ne vocem maledi  
 centis nisi penituerit forsitan. tamen si in persona ecclesie sic  
 diceret non peccaret. vel si simplex esset et verba illa non in  
 telligeret. **S**ona stulticia est. qd cum ipse sit honoratus  
 multis debitis pro quibus poneretur in carcerem horribilem  
 nisi ea soluerit et aliquis vellet eum delere de tablis cre  
 ditoris. et se scribere et pro eo responderet. ipse tamen ren  
 nit qui alicui facit iniuriam deo pro debitis eius respon  
 det si tamen ille patienter sustinet. **U**nde mach. vi. Si di  
 miseritis hominibus peccata eorum. dimittet et vobis pater  
 vester celestis peccata vestra. **E**t ecci. xxiiij. **D**imitte proxi  
 mo tuo nocenti te et tunc deprecanti tibi peccata soluentur  
 tibi dicit meli. **I**ndignum est deum ei esse propitium qui  
 crudelis est in proximum. **A**ug. **U**nus quisque talem indul  
 gentiaz accepturus est a deo qualem ipse dederit proximo  
 suo. via valde congrua ad obtinendum a deo remissionem  
 peccatorum suorum et remissio iniuriarum suarum. qd significa  
 tum est. iiii. Reg. iiii. ca. **I**n muliere illa que debita sua sol  
 vit de oleo sibi ab helyseo multiplicato. **I**n oleo enim miseri  
 cordia intelligitur qua iniurie illate remittuntur homini.

vero qui non vult dimittere alij non dimittitur aliquid  
 nec suis precibus. nec alienis. **Unde** super illud eccl̄i xxviii  
**Deus** exorabit p̄ delictis illius dicit meli. frustra quis p̄  
 ipso orat qui fratri debitam caritatem negat. **Et** in principi  
 pio eiusdem capituli. **Qui** vindicari vult a domino inueni  
 et vindictam. et peccata eius seruans seruabit. **Oratōnes**  
 illius qui non vult fratri suo dimittere despiciat dominus.  
**Unde** in eodem capitulo. **Homo** homini seruat iram. et a deo  
 querit medelam. **In** hominem enim silem sibi non habet mi  
 sericordiā et pro peccatis suis deprecabit. **Ipse** dum caro  
 fit reseruat iram. et appiciatōnem petit a deo. nec soluz ora  
 cio talem a deo despiciat ymmo etiam oblatō. **Vñ** math.  
 v. **Si** offers munus tuū ad altare va. rē ⁊ tunc re. rē. **Oratio**  
 autem eius qui sibi illatas iniurias dimittit non solum  
 valet sibi sed etiam alijs. **Unde** Jere. xv. **Si** steterit mo  
 yses et samuel coram me non est anima mea ad populū istū  
 glosa dicit. **Quid** est q̄ moyses et samuel pre ceteris patri  
 bus in postulatōz preferuntur. nisi q̄ isti duo t̄m in omni  
 testamento veteris serie etiam pro inimicis orasse leguntur  
 vnus a populo lapidibus impetit ur. et n̄ pro lapidatoris  
 bus ille precat ur. alter ex principat u eicit ur. ⁊ ⁊t ablit  
 a me hoc peccatum ut cessem erare pro vobis. **Decima** stul  
 ticia est. q̄ ipse sibi silez pugnat. euz potius contrarijs sit  
 pugnanduz amore contra odium pugnanduz est. sicut aq̄  
 pugnatur contra ignez. **Unde** p̄. xxv. **Si** esurierit inimic  
 eius tuus ciba illuz. si sitit potum da illi. sic emz carbones  
 accēges super caput eius. **Paciencia** contra impacienciā pu  
 gnandū est. bonitate contra maliciā. sapiencia contra  
 stulticiāz puer. xxvi. **Ne** respondeas stulto secunduz stul  
 ticiāz suā non efficiaris ei silis. **Et** ad Ro. xij. **Noli** vinci a  
 malo. sed vince in bono maluz. **Undecima** stulticia est. q̄ ip  
 se occiso vno filio matris sue ecclesie vult ei aliuz occidere  
 luctum volens ei addere super luctum. **Ad** hoc potest  
 referri q̄ legitur ij. Regum. xiiij. **De** muliere instructa

a ioab que dixit dauid regi q̄ cum duos filios haberet et  
 alter alterum interfecisset venerat cognato defuncti vo-  
 lens interficere illuz qui remanserat sibi ¶ **Duodecima** stul-  
 ticia est q̄ ipse deseruire vult in mortuum q̄ non solu stul-  
 ticia est ymmo eciam magna crudelitas Vnde lancea q̄ xpm  
 mortuuz vulnerauit dita vocatur cum clauu vocantur dul-  
 ces **Membru** cristi viuū est homo existens in caritate q̄ si  
 membruz cristi mortuuz est homo existens in mortu petō  
 Vnde vngenta dulcis amoris paranda essent et non esset  
 deseruendus in aliu qui iam mortuus est de vngentis que  
 preparauerūt sancte mulieres ad corpus cristi mortuū in  
 vngenduz Legit̄ mar. ult. ¶ **Decimatercia** stulticia est q̄  
 ipse querit̄ de fratre suo super hoc q̄ fecit sibi vel dixit tē-  
 pore infamie et vult inde vindicari hanc insaniam insinuat  
 nobis seneca dicens Male de te locūtur suple ita tu dicis  
 michi et subdit̄ moneret si hoc iudicio facerent vere mor-  
 tu faciunt et Lu. xxij. Pater ignosce illis quia nesci-  
 unt qui d faciunt Si quis haberet fratres insanum qui ei  
 conuiciū diceret vel alapani daret et ex alia pte seipsuz gla-  
 dio interficeret ipse plus doleret de malo q̄ frater insan-  
 sibimet faceret qm̄ de hoc q̄ ab eo sustineret Sic qui iniu-  
 riam patitur magis dolere debet de peccato iniuriantis qm̄  
 de iniuria sibi illata Vnde act. ix. Legitur de beato stepha-  
 no q̄ positis genibz pro lapidatoribz suis exorauit quan-  
 do autem orauit pro se non legitur genua flexisse Non de-  
 bet aliquis ammirari vel indignari si cecus in eum impm̄  
 gat sibi p̄p̄rasci debet qui a sibi ab eo non cauit velut cecus  
 est homo iratus ideo debet sibi cauere ille qui iratus nō est  
 ne ad eum offerdat ¶ **Decimaquarta** stulticia est q̄ euz  
 ille qui habet aliquem odio captus teneatur a dyabolo et  
 sciat q̄ dyabolus mortem eius sitit et n̄ ille qui non vult  
 dimittere illud q̄ nichil sibi valet ymmo valde sibi noxiuz  
 est scilicet odium vt a dyabolo dimitratur odium tenere  
 velle ē retinere peccatū Non remittit̄ odiū michi remittit̄

J

577  
/

Luce vi. **D**imitte et dimittemini vobis. **V**mmo retinere odium est retinere dyabolum mira insania iracundorum q̄ odium q̄ non habet nisi amaritudinem deo et regno eius preponunt. **Q**ui de odio thesauruz faciunt nec volunt illud cōmutare pro thesauro dei. **D**ecimaquinta stulticia est. q̄ ipsi odiunt et persequuntur illuz qui aurū et argentuz. et lapides preciosos. proiecit eis. **V**nde se redimant. et coronaz eternam fabricant. **D**e redemptōe ista legitur prouerb. xxiiij. **R**edēptōne anime viri proprie diuicie. proprie diuicie hominis sunt tribulatōnes quas sibi procurauit homo. et non deus. **D**e fabricatōne corone dicit ps. **S**upra dorsuz meuz fabricauerunt peccatores. **F**abricauerunt inq̄m coronaz p̄petuaz. **Q**ui facit alicui maluz si patienter sustinet lapiduz vnum preciosuz in eius coroz nam ponit. **D**eō tales diligendi sunt tanq̄ b̄fici. **L**uc. vi. **D**iligite inimicos vestros benefacite hijs qui vos oderunt benedicite maledicentibus vos. **E**t ad Ro. xij. **B**enedicite persecuentibz vos. benedicite et nolite maledicere. **D**uabus de causis benedicendi sunt persecutores. quia nobis benefaciunt. et quia aliam remuneratōnez non expectant. **D**eō dicit apostolus. **H**is bis benedicite. qui se vindicant de persecutōne reddūt malū pro bono. et deo malum accidet eis. **P**rouer. xx. **Q**ui reddit mala pro bono. non recedet maluz de domo eius. **S**i quis dicat q̄ illud bonuz nō facit ex bona intentōne. et deo non est diligendus. **R**espondeo q̄ sp̄ma que claudit vineaz alicuius pungens intrantes in eaz amatur ab eo cuius est vinea licet illud bonum quod ei facit ex intentōne non faciat. **D**ecimasexta stulticia est. q̄ euz iracundi amoz suuz venales habeant nolunt tñ vendere ei qui carius eū emeret sc̄z deo. q̄ ipsi amoz suū venale hēant. p̄z ex eo. q̄ nolūt amare nisi filios b̄ficos et se amantes nolūt habere amozem vel aliq̄od b̄fici euz p̄ciū amoris sui. **S**z si ipsi p̄ deo inimicos vellent diligere. deus valde care emeret amozem eorum. daret enim

pro illo amore suū et regnū celoz qñ dñs in die iudicij  
 ponet rationez de amore de quo est maximum preceptuz et  
 dixit aliquis se amasse aliquoz quia ab eo amabatur. et quia  
 beneficus suus erat **R**espondebit dominus de hoc amore ni  
 chil tibi debeo de illo iam solutum est tibi **C**um autem dixe  
 rint aliqui se amasse ppter eum illos qui conuicijs et iniu  
 rijs defendebant se. ne amarentur. tunc dicet dominus istū  
 amorem vobis debeo **V**enite benedicti pcci. reg. 7c **A**d  
 hoc pertinet illud. math. v. **S**i diligitis eos qui vs dili  
 gunt qm mercedē ha. **N**ōne et publicani hoc faciunt **E**t lu  
 ce vj. **S**i diligitis eos qui vs diligūt que vobis est gra  
 tia **E**t post verūm diligite inimicos vestros et sequit̄ **E**t  
 erit merces vestra mltā **E**t cum homines ita faciant lucrū  
 miruz est. quomodo cum deo lucrari volunt. et quomodo  
 amorez suoz nolunt deo dare pro regno eius quem darent  
 alicui homini pro modico beneficio **D**ecimaseptima stul  
 ticia est. q̄ ipsi reputant honorez q̄ in veritate est vilitas  
 se vindicare se. **D**icere aliquis **N**on possum sustinere tan  
 tuz dedecus q̄ de malo michi illato me non vindicēz. repu  
 tans. vilitatez esse non vindicare se cum tam vindicare se  
 potius sit vilitas in mltis casibz **U**nus casus est quando  
 stultus et insanus est qui sibi conuiciatur **A**lius casus est  
 quando est vilis persona. vt leprosus. vel loripes. tunc em̄  
 homo magni cordis dedignatur vindicare se de ill' nolens  
 manus suas ibi maculare. **S**eneca. **N**onnulli libenter  
 pareas a quibus te vindicare fastidias ab hijs non aliter  
 q̄ ab aialibz paruis et inquinantibz reducenda est manus  
**C**um igitur non possis vindicare te absqz spiritali inqui  
 natione manuum. et cum ille qui infert tibi iniurias in hoc  
 insanus et stultus sit. non est vilitas. sed potius honor.  
 si te nō vindicēs **S**en. **M**ag animi ē iniurias insūma paci  
 etia pati **I**dē **S**i magnim̄ fueris nūq̄ dices tibi otueliaz  
 fieri de inimico dices nō nocuit michi. s̄ animum nocendi  
 habuit. et cum illum in potestate tua videris vindictam

putabis vindicare potuisse. cito enim honestum et mag-  
 nū et maius genus vindicandi esse ignoscere. **Proū. xx.**  
**H**onor est homini qui sepe rat se a vicijis. Omnes autē stul-  
 ti miscentur contumelijis. Sicut honor est se separe a con-  
 tentōnibz. sic vilitas est in stētōe os suuz. diūtō alicuius  
 maclare. **D**ecimaoctaua stulticia est q̄ ipsi odiunt illos  
 qui sibi profunt cōtra dei phibitōnē sez iniuriantes. p̄tā  
 vero odij ⁊ alia peccata que eis summe nocent que domi-  
 precipit odio h̄ri nolūt odire. **In ps.** Qui diligitis deum  
 odite malū. De nocumento p̄tōz dictū est in p̄ncipio tra-  
 ctatus. hoc tñ addit q̄ peccatū est occasio omniū miseria-  
 rum que nobis accidūt. **F**ames em̄ et siccis. frigus. calor  
 labor. infirmitas. mors. sequele sūt peccati. si em̄ homo nō  
 peccat nō sensiss̄ eius penas. si quis interfeciss̄ alicui fra-  
 tres suū ipse odiret eum precipue. si sine peccato hoc poss̄  
 facere. **Q**uare ergo non odim⁹ p̄tā. qd̄ interfecit illos.  
 de parentela n̄a qui mortui sūt. et illos qui remanserunt  
 occidet. et nos ipsos. **I**n omni bz miserijs quas in mūdo isto  
 videm⁹ poss̄lemus odiū peccati colligere. qñ aliquem mori  
 videm⁹ debem⁹ cogitare q̄ malū sit p̄tā. facē ex quo talia  
 stipēdia secunt. **A**po. Stipēdia p̄tā mors. **L**egit⁹ q̄ adaz  
 et eua luxē centū annis qñ vidēt mortuū abel. intelligē-  
 tes illā mortē sequele esse peccati. **M**irum est. quō hōmē  
 p̄tā amare possūt. cū occasione illi⁹ tot miseras incesā-  
 ter sustineant. ad miseras em̄ huiōi odiū peccati deberet  
 in eis renouari. **H**omo qui alium odit valde stultus est.  
 amat em̄ societatem eius quem odit et vult euz eo ire in  
 infernuz q̄ valde miruz est. **M**irum eciaz est q̄ ipse malici-  
 am quā in hoste odit in se diligit propter vnum delictum  
 quēd videt in homine omnia bona que in ipso videt odit.  
 propter modicum q̄ dyabolus habet in eo odit que deus  
 habet ibi in quo assimulatur illi qui castrum patris sui odi-  
 ret propter domum vnaz hostis sui qui esset ibi vel totum  
 agrum vnū odiret propter vnā vrticam que esset ibi

Et ut breuiter dicas. homo volens se vindicare stultus est  
 iras recipiendo. seruando. indicando. Ira recipiendo stultus  
 est. qz cu frater eius dicat ei verbu duru. et ex alia pte  
 dyab? gladio ire voluerit euz interficere non curat de gla  
 dio dyaboli. s? solu de verbo fratris. Nec stulticia insinuat  
 Job. v. Vix stultu interficit iracundia. quasi diceret. ex  
 stulticia est q ab iracundia se permittit occidi. Stultus ec  
 est in suando iras euz ira sit ignis q innuit salomō. dicēs  
 ecēs. vii. Ira in sinu stulti requiescit. quis non excuteret  
 carbonē de sinu suo nisi stultus sit. puerbi. vi. Nunq̄ pōt  
 homo abscondere ignē in sinu suo. vt vestimenta eius non  
 ardeāt. Stultus ē ecia indicando. Vnde pū. xij. Fatu? autez  
 statim indicat irā suam. Indicare irā suam hōmibz. euz ira  
 furoz sit est indicare se esse hōmez insanū. Itē qui indicat  
 irā suaz hōmibz succēdit domos vicinorū suoz eo q domus  
 sua ardeat. euz potius cogitare deberet quō domui pprie  
 subueniret. sicut non esset ferenda sentēcia qm insan? di  
 ctaret. sic non est proferendus sermo quē ira dicitur cum  
 ira sit furoz homo iratus nisi taceat ostendit se magis stul  
 tum q ipse sit. Alta enīz omīatur que non faciet. Vñ  
 prou. xiiij. Qui impaciens est exaltat stulticiam suam.  
 Multiplex iniquitas que est in hōme irato. Cap. Quartuz  
**Q**uinto potest valere ad deū. ire si ostendat mlti  
 plex iniquitas que est in homine irato qui se vult  
 vindicare. Prima eius iniquitas est q ipse con  
 stituit se iudicē inter se et iniuriatorem suuz. Secunda  
 est q ipse in eadem causa vult esse actor et iudex. Ter  
 tia q vult vindicare se pēdēte die. que sibi assignata est vt  
 ei plene iusticia fiat. dies h̄ dies iudicij est. Apostolus.  
 Nolite ante tempus iudicare. Quarta iniquitas est. q  
 ipse impunitum relinquit illum a quo debuit incipere sez  
 seipsum qui sibi magis nocuit. qm alius quicquid alius  
 potuit inferre ei minus ē ex odio quo ipse animam suam in  
 terfici. Quinta q iusticiā q ex solo iudicō debz pcedē

ex iniquitate vult elicere . quia ex ira et odio . **S**ex-  
 ta iniquitas est . q̄ ipse non reddit pacienciam iniurianti  
 quam ei debet sicut iniurians debet ei innocentiam  
**S**exto possunt valere ad deū . eius exempla . et precipue  
 exemplum xp̄i quē videmus patientissimus esse . qui vlti-  
 mo faciet vindictas de inimicis suis . bene deberent sufficere  
 verniclo q̄ ita cito vindicaretur de inimicis suis . sicut di-  
 cit aug⁹ Sūme religionis est imitari quem colis **D**e be-  
 ato eciam bern̄ . legit̄ . q̄ appropinq̄nte morte eius cum re-  
 quireret̄ a fratribz q̄ doceret̄ eos aliqua salubria . dixit eis  
 Alieno sensu magisq̄ meo credidi . Iesus vindictas nō expe-  
 ctat . nulli scandaluz facere voluit . et si feci sedam et potui .  
**S**eptimo potest valere ad deū . ire q̄ domin⁹ ab eo qui  
 vult vindicare se . videt̄ eē remissa repetere . sicut patet de  
 illo qui noluit dimittere conseruo a quo dominus eius re-  
 peit̄ vniuersū debituz prius sibi dimissuz **M**ath . xviii .  
**D**e diuisionibz ad iras p̄mentibus **S**ecūda pars .  
**I**cto de hīs que pertinent ad detestaciones ire cō-  
 munit̄ ponende sūt diuisiones ad irā p̄mentē .  
**N**otand⁹ ḡ q̄ est quedā ira que bona est . qua hō-  
 mo irascitur vicio . de qua eccl̄ . vii . **M**elior est ira risu . q̄ si  
 diceret̄ per tristitiaz vultus corrigit̄ animus delinquentis .  
**E**st alia ira que mala est qua homo irascitur p̄sone . de qua  
 intelligenda sūt prius dicta . et h̄ duas habet species **D**ue  
 dam enī subita est et sine deliberatōne ratōnis que venial-  
 est **A**lia vero eius deliberatōne et consensu ratōnis que  
 mortalis est **H**as duas species tangit dauid dicens **I**rascel-  
 mini et nolite peccare **q̄** . **S**i subita ira surgat in nobis nō  
 cōsenciat ratō **I**ra v̄o que cū deliberatōne est si iueterescat  
 odiū dicit̄ **E**st enī odium ira inueterata q̄ videt̄ p̄hibere  
 ap̄stol⁹ dicens ad eph̄ . iiii . **S**ol nō occidat sup̄ iracūdiā  
 vestraz **A**d deū . odij possunt ista sp̄ali valere . **P**rimo illud  
 genesis . xlix . **M**aledictus furor eius quia p̄rimax et in-  
 dignatō eius q̄ dura **S**ecūdo illud i . **J**oh̄ . iij . ois qui odit

Fracrem suum homicida est. **T**ercio qz odium spāliter est  
 caritati contrariuz que est maxia virtus maxie placens deo  
 et maxime displicēs dyabolo. patet ex verbis gg. dicētis  
**N**on curat antiquus hostis. vt terrena nobis tollat. h̄ vt  
 caritatē in nobis fereat de placencia vero dei manifestū po  
 test esse per hoc qz dicit dominus **Jo. xv.** hoc est precep  
 tum meuz. **Q**uarto quia cū torqueat homo p que peccat  
 et ille qui manet in odio. iniurias sibi illatas nolit remit  
 tere id est pūet in h̄ qz nec pctā sibi remittent. **F**atuz est  
 qui vnaz iniuriaz non vult remittere vt mille vel plura pec  
 cata sibi remittant. **Q**uintum est hoc. qz ira vel odium  
 otia naturā vident esse in hōme. cū hō sit animal māfue  
 tum natura et misericors. **Vñ Job xxxi.** Ab infancia mea  
 creuit meū miseratō ⁊ de vtero mris mee egressa est me  
 cuz. **M**ansuetudini vero que est in hōme attestat forma  
 et dispositō exterior hōmis. **I**n omni enim spē animal' figu  
 ra corporis ⁊ membroꝝ nature corporis exteri ori attestat.  
 sic vngues acuti fortes et magni. et aduncati dentes. ⁊ fil  
 lio oris magna attestat rabiei. vt patet in leonibz. **C**otriari  
 um vero mansuetudini attestat in hōmibz. **S**extū est qz  
 cuz cupiditas. et alia vicia consistāt in appetitu alicuiꝝ boni  
